juris pariter valere fancimus, etiam ſi ab inteſtato ſuccedant ſibi præfiniti [1] generis ordine ſociati. Ex his enim ſucceſſionibus maxime debiti potius ſolutio quam muneris oblatio comprobatur, quæ non largientibus etiam dominis ipſa propinquitatis ſerie deferuntur. Cæteri [2] vero licet quadam inter ſe cognatione jungantur: nunquam tamen curiale prædium ſine prædicto onere lucrabuntur: niſi is forte cui lucro res ceſſerit, ejusdem civitatis ordini ſit obſtrictus: qui licet inter extraneos numeretur, vacuum tamen ea functione quod datum eſt, conſequatur: nam cum perſonæ conditio non mutetur, nec rei quidem ſtatum convenit immutari. † *Lucrativas* [3] vero res eas tantum volumus appellari, atque a prædictæ deſcriptionis gravamine excipere, quæ hereditatis, legati, fideicommiſſi jure, mortis cauſa donationis [4], vel cujuslibet poſtremæ voluntatis arbitrio ad quempiam delabuntur. Inter vivos etiam donatio ſimplici liberalitate confecta, lucrativæ merebitur & nomen, & farcinam. † Si vero, vel ſocer futurus, filii, vel nepotis, vel pronepotis ſponſæ affinitatis coëundæ cauſa donaverit: vel parens etiam filiam, vel neptem, vel proneptem curiali, ſeu extraneo nubentem dotaverit, licet caſus eventu [5], res ejus, cui data eſt, vertatur ad lucrum, nec [6] inter lucrativas numerabitur, nec deſcriptionis oneri ſubjacebit. *Nec enim juris optimi eſt matrimonium* [7], *cum tot* [8] *tantisque ſuis difficultatibus opprimatur, adventitiis etiam cumulare ponderibus.* † Res vero, quæ memoratis cauſis lucrativæ ſemel nomen exordiumque ſortita eſt, licet ab eo, qui ſuſceperat, ad alterum emptionis, vel cujuscunque contractus jure migraverit, cum prædicto deſcriptionis gravamine proculdubio transferetur: ut vel ſciens ſibi imputet, qui accepit oneratam: vel ſi ignoraverit, quod intereſt, conſequatur. Contraque ſi cujuslibet contractus exordio lucrativæ nomen evaſerit: & ſi poſtea lucri titulo in dominium alicujus cecideris, farcinam memoratæ deſcriptionis effugiet. Nulla enim in hujuscemodi cauſis confuſionis intercedit occaſio, etſi ad [9] primordium tituli poſterior quoque formetur eventus: niſi forte res decurionis, quæ ad eum cujuslibet mercimonii jure pervenerit, ad alterum fuerit poſtrema ejus voluntate, vel ab inteſtato, vel inter vivos donatione translata: tunc enim quia ſemel in perſonam cecidit principalis (veterum titulorum nequaquam ratione perſpecta) conditionem, & onus merebitur lucrativæ. Datum 7. Id. Mart. *Conſtantinop.* DIOSCORO & EUDOXIO VV. CC. CONSS. 422.

TIT. XXXVI.

DE PRÆBENDO SALARIO [10].

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Marcellinum Corr. [11] poſt alia [12].

NUlli [13] ſalarium [14] tribuatur ex juribus [15] reipublicæ, niſi ei qui jubentibus nobis ſpecialiter fuerit conſecutus [16]. Datum 5. Non. Oct. *Conſtantinop.* LIMENIO & CATULINO CONSS. 349.

TIT. XXXVII.

SI CURIALIS RELICTA CIVITATE RUS HABITARE MALUERIT.

Omnes curiales revocantur ad civitatem, & ad curiam, & locus, in quo viri habitant, publicatur. Bart.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano P. P. poſt alia [17].

CUriales omnes jubemus interminatione moneri, ne [18] civitates fugiant, aut deſerant rus habitandi cauſa: fundum quem [19] civitati prætulerint, ſcientes ſiſco eſſe fociandum: eoque rure [20] ſe carituros, cujus cauſa impios [21] ſe patriam vitando, demonſtraverint. Dat. 18. Kal. Januar. *Conſtantinop.* ARCAD. IV. & HONOR. III. AA. CONSS. 396.

1 *Præfati, in Nov. Th.* 2 *Ceterum, in Nov. Theod.* 3 Lucrativa cauſa eſt hereditas, legatum, fideicommiſſum, mortis cauſa donatio, quodque ultima quavis voluntate ad nos venit, *ad hic.* Non lucrativa, dos, donatio propter nuptias, Emptio, Permutatio & ſimiles. vide Decium *ad l.* 33. *ff. de regulis jur.* 4 *Al. donatione, ut in Nov. Theod.* 5 *Caſus eventuve eius, cui. al.* additur *mortis vel divortii*, ſed præter auctoritatem *vetter. lib.* 6 Dos non eſt titulus lucrativus mario eam accipienti: ſed mulieri tantum, cui quis dotem conſtituit. *l. ult. ff. ſi a focero. in fin. ff. quæ in fraudem creditor.* 7 Matrimonium multis difficultatibus opprimitur. 8 Afflictis nova afflictio non eſt imponenda. 9 Ad primordium tituli poſterior eventus formatur. Inde notant, lucrativo titulo rem non acciperе, qui eam ab ingrato jure fuo revocat.

10 Salaria quæ ad victum dantur. vide *l.* 4. §. 2. *ff. de decretis*, *l.* 1. *l.* 17. *ſuper. mandati. l.* 7. *l.* 56. §. *pen. ff. mandati.* 11 Al. *Camitis Orientis.* 12 *C. Theod. lib.* 12. *tit.* 1. *l.* 13 Hanclegem ex ferie titulorum recte ſic accipit Cujacius, ut non poſſint decuriones cuiquam ſalarium conſtituere fine juſſu principis. 14 Salarium decuriones ex publico conſtituere non poſſunt, fine principis voluntate: excipe tamen caſus *l.* 4. §. 2. *ff. de decretis.* 15 *Viribus, in C. Theod.* 16 Excipe tamen quosdam caſus, de quibus in *l.* 4. *ff. de decr. ab ord. fac.* & vide Menoch. *de arb. jud. lib.* 1. *quæſt.* 46. *ſalaria* autem dicta fortaſſe, quod ea percipientes inde ſe alant. ubidi dicta *annonaria commoda.* Graci interpretantur τὰ δόξαντα εἰς τροφήν, ſive potius & ſapius στιπένδια & ὀψώνια. Mod. 17 *C. Theod.* 12. *tit.* 2. 18 Cur fugiebant patriam civitatemque ſuam? Non tam Philoſophiæ ſtudio, ut in umbra ſederent, quam quod curiæ munus onus quoque eſſet: & curialium, utpote primorum urbis, præſentia civitates, urbes ac municipia ornari & augeri Principes ipſi experient & ad municipiorum cultum id pertinere putarent. Ad hanc pene modum nobilibus Italis neceſſitas a quibusdam principibus imponitur hodie, certis anni temporibus in urbibus morandi, quod & ad urbium ipſarum ſplendorem, & vectigalia ſimul augenda ſatis excogitatum ingenioſe. 19 Ruſtica vita humanæ non præferenda. Romani quidem ſenatores in agris ſæpe verſati: in urbem tamen accurrebant acciti: quin & ipſos viatores ſæpe antevertebant. 20 Al. *ture*, ſed rectior eſt excuſa lectio, quæ confirmatur *C. Theod.* 21 Patriam qui vitat, impius: *l. penult., ſuper. de reſcind. vend.* Ita *Apoſtolo* qui fuorum curam non habet, impius eſt.

22 *D. lib.* 50. *tit.* 1. §. *lib.* 1. *tit.* 55. Goth. Tria funt, quæ facunt municipes. Nativitas, Manumiſſio, Adopio. *l. 1. cives. ff. tit. ſeq. l.* 1. *ff. ad mun.* quæ origitis nomine contineantur. *l. privilegio. ff. tit. ſeq.* nam originales ſine originarii ſunt non nati tantum, ſed etiam manumiſſi & adoptati. *l. cum neque. ff. tit. ſeq.* Sunt & alii municipes voluntarii, *l.* 3. *de ita*, *quiſquis. mun. ſuſcipiant*, quos facit adlectio vel incolatus. *l. ceſſer. tit. ſeq. l. fili. 8. municipes. ff. ad munic.* Mod. 23 *Al.* deeſt, &c.

24 Origitarii oppoſuntur voluntariis, de quibus *in l.* 22. §. 2. *ff. ad municipal.* 25 Antoninus Aug. ſic in meo manuſc. *Cod.* 26 Byblus, urbs eſt in Phœnicia, non longe a Libuco & Berytho. 27 Ad munera quis vocatur, vel ut originarius, vel ut incola. *l.* 29. *ff. ad municipalem.* 28 Aquitania dupiex: Prima metropolis Biturigæ, ſecundæ Burdigala. Antonini *Itinerarium.* 29 Liberti patronorum

TIT. XXXVIII.

DE [22] MUNICIPIBUS [ET [23]] ORIGINARIIS [24].

In loco originis & incolatus cogitur quis ſubire munera. Bart.

1. Imp. ALEXANDER, *al.* Antoninus, A. [25] Silvano.

CUm te Byblium [26] origine, incolam autem apud Beritios eſſe proponas, merito apud utrasque [27] civitates muneribus fungi compelleris.

2. Imp. GORDIANUS A. Frontoni.

SIut proponis, ea, quæ ex cauſa fideicommiſſi te manumiſit, ab ea libertatem juſtam fuerit confecuta, quæ originem ex provincia Aquitania [28] ducebat: tu quoque ejus conditionis, ejusque civitatis jus obtines, unde, quæ te manumiſit, fuit. Eorum enim conditionem ſequi ex [29] cauſa fideicommiſſi manumiſſos [30] pridem placuit, qui libertatem præſtiterint, non qui dari rogaverint.

Filius ſequitur originem patris, & non matris, niſi ex alia cauſa civitati matris ſit adſtrictus. Bart.

3. Imp. PHILIPPUS A. Patroclo.

FIlios apud originem [31] patris, non in materna civitate, etſi ibi nati ſint (ſi modo non domicilio retineantur) ad honores, ſeu munera poſſe compelli, explorati juris eſt.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Secundo.

ORigine [32] propria [33] neminem [34] poſſe voluntate ſua eximi manifeſtum eſt.

5. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximum Vic. [35] urbis.

SI quis [36] cum ex majore, vel ex minore civitate originem ducit, eandem evitare ſtudens [37], ad alienam ſe civitatem incolatus [38] occaſione contulerit: & ſuper hoc, vel preces dare tentaverit, vel qualibet fraude niti, ut originem propriæ civitatis eludat; duarum civitatum decurionatus onera ſuſtineat, in una voluntatis [39] & in una originis [40] gratia. PP. 8. Kalend. Januar. PAULINO, & JULIANO CONSS. 325.

TIT. XXXIX.

DE [41] INCOLIS [42], ET UBI QUIS DOMICILIUM HABERE VIDETUR, ET DE HIS, QUI STUDIORUM CAUSA IN ALIENA CIVITATE DEGUNT.

Poſtquam quis tranſtulit incolatum, non poteſt revocari ad munera. Bart.

1. Imp. ANTONINUS A. Paulo [43].

NOn [44] tibi obeſt, ſi cum incola eſſes, aliquod munus ſuſcepiſti: modo [45] ſi antequam ad alios honores vocareris, domicilium [46] tranſtulisti.

Scholares non dicuntur conſtituere domicilium, ubi ſtudent, niſi X. annis ſtetarint, vel alia ratione conſtituerint. Bart.

2. Imp. ALEXANDER A. Criſpo.

NEc ipſi [47], qui ſtudiorum [48] cauſa aliquo loco [49] morantur [50], domicilium ibi habere creduntur, niſi decem [51] annis transactis eo loco ſedes ſibi conſtituerint, ſecundum epiſtolam Divi Hadriani: nec pater [qui] propter filium ſtudentem frequentius ad eum commeat. Sed ſi aliis rationibus domicilium in ſplendidiſſima civitate Laodiceorum [52] habere probatus fueris [53], mendacium [54], quominus muneribus fungaris [55], non proderit.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Alexandro.

ESt verum eos, qui in territorio alicujus civitatis commorantur, velut [56] incolas ad ſubeunda [57] munera, vel ad capiendos [58] honores non adſtringi [59].

Propter ſolam poſſeſſionem quis non revocatur ad munera. Bart.

4. Iidem AA. & CC. Alexandro,

Cum

originem ſequuntur, ſunt enim ejus loci cives, cujus eſt eorum patronus. dixi ad *l.* 6. *in fin. l.* 29. *in pr. ff. h. t.* adde, quæ de libertis ſcripſi ad *l.* 108. *ff. de cond. & dem.* 30 Manumiſſus originem manumittentis ſequitur. *l.* 17. §. *ex cauſa. ff. ad municip.* 31 Originem patris, non matris in honoribus gerendis ſequuntur liberi. *l.* 1. §. *qui ex duobo. ff. ad municip.* 32 Originis jus nemo mutare poteſt, *ut hic*, *l. ult. infr. h. t.* incolatus poteſt. Cur? illud naturale, hoc civile jus eſt. Unde ſequitur unum & eundem, duarum civitatum municipem eſſe poſſe, quia videlicet originarius eſt: alterius vero incola. *l. ult. infr. h. t.* adde *l.* 11. *ff. de cenſuar.* 33 Al. *Origini propriæ &c.* Hujus autem regis ratio eſt, quod jus originis naturale ſit. 34 Imo uxores eximuntur. *l.* 22. §. 1. *l.* 32. *l.* 37. *in fin. h. t.* §. 3. *ff. ad municip.* 35 Continuem orientis. 36 *Ex lib.* 12. *tit. t. l.* 12. *C. Theod.* al. *qui.* 37 Al. *ſubdiali.* 38 Originem incolatus occaſione nemo poteſt mutare. *l.* 22. §. 2. *ff. ad municip.* 39 Al. *voluntate.* 40 Voluntaria non eſt origo, ſed neceſſaria: Incolatus voluntarius eſt: inde municipum alii origine, alii voluntate municipes ſunt.

41 *D. lib.* 50. *tit.* 1. *Lelog. lib.* 54. *tit.* 1. 42 Incola quid? vide *in l.* 239. §. *incolæ. ff. de verb. ſign.* Goth. Incolas domicilium facit, non domus, aut poſſeſſio ſola. Interdum autem incola pro inquilino, qui proprie ἔνοικος, ponitur. Incola μέτοικος vel πάροικος, ut *in l.* 6. *fupr. de ſpoſ. nom.* vide & Dorotheum *ad l.* 27. §. *Proculus. ff. de leg. Aquil.* Mod. 43 Paulino. 44 Si is, qui quodam in loco fuit incola, munusque ſuſtinuit, antequam ad alium honorem vocaretur, domicilium ſuum tranſtulit: non amplius eo loco munera ſubire cogitur. Nam tranſitio domicilii ἀξιωματικὴ, id eſt, originem quidem non mutat, ſed πατρικὴν incolatum. *Synopſ. Baſil. lib.* 54. *tit.* 1. *ex tit.* 55. *tit.* 2. *c.* 1. ita qui ſuſceptum munus nondum implevit, renunciare incolatui non poteſt. *l. incola.* 34. *ff. h. t.*

46 *l.* 31. *ff. ad munic.* 47 Ipſis. 48 Studiis qui dant operam, intra decennium pro incolis non habentur. *l.* 6. *domum.* 2. *ff. de inſpic.* poſt decennium jam non diſcipuli, ſed incolæ cenſentur. *ut hic*, Seneca 19. Epiſtolarum: *Non ſemper quæſtum, qui multis apud Philoſophiam annis perſederint & ne colorem quidem dixerint? Quidni noverim? Pertinaciſſimus quidem & aſſiduus, quas ego non diſcipulas philoſophorum, ſed inquilinas voco.* 49 Loci. 50 Ο πανταχοῦ ὢν οὐδαμοῦ ἔστι. vide *l.* 78. *ff. de leg.* 3. Incolatus & domicilium decem annis præcribitur & eo tempore ſit quis incola & domicilium conſtituiſſe intelligitur, & conſequenter civitatem, jus, & privilegia ibi adquiſiviſſe, ut hic ajunt veteres ſit, & ſchus originarius. Bart. *rubr. de præſcr. Bald. C. de præſcr. 5. qu. 14.* 51 Congruit *lex* 1. *quæ ætate vel præſcſ. h. t. tit.* 49. I. G. 52 Laodicei (*Laodicenſes* enim legendum eſt, non *Laudicenſium*, *teſte Alc. in hanc*) a Laodicea illi fluvio, de qua Plin. *lib.* 5. *cap.* 29. 53 Al. *fueris.* 54 Id eſt, falſa adſeveratio. 55 Al. *fungatur.* 56 *l.* 35. *D. ad municip.* Imo ut incolas. *l.* 239. §. *incola. ff. de verb. ſign.* 57 Obeunda. 58 Capeſſendos. 59 Qui in territorio & finibus alicujus civitatis ſedes poſuit, licet in civitate non moretur, incola eſt ejus civitatis, *l. pupillus. ff. de verb. ſign.* nec obſtat *l. iſidoro, ff. ad municip.* quæ loquitur de eo, qui agrum tantummodo poſſidet, ut *l. pror. J.* nec civitatis præcipuis utitur, i. e. foro, balneo, templo, ſpectaculo. *Mod.*

Cum

CUm neque originales [1], neque incolas vos eſſe memoratis: ob [2] ſolam [3] domus, vel poſſeſſionis, licet ex ſubſtantia decurionis acquiſita ſit, cauſam, publici juris auctoritas muneribus ſubjugari vos non ſinet.

5. Iidem AA. & CC. Maximo [4].

SI in [5] patria uxoris tuæ, vel qualibet alia domicilium deſixiſti, incolatus jure ultro te ejusdem civitatis muneribus obligaſti.

Origo & domicilium facit quem vocari ad munera, niſi per privilegium contrarium ſit expreſſum. Bart.

6. Iidem AA. & CC. Marcellino [6].

PRivilegio ſpeciali civitatis non interveniente, tamen originis ratione [7], ac [8] domicilii voluntate [9] ad munera civilia quemque vocari certiſſimum eſt.

7. Iidem AA. & CC. Aurelio.

CIves quidem origo [10], manumiſſio, allectio [11], vel [12] adoptio: *incolas* [13] vero (ſicut & Divus Hadrianus Edicto ſuo manifeſtiſſime declaravit) domicilium facit. Et in eodem [14] loco ſingulos habere domicilium non ambigitur, ubi [15] quis larem, rerumque, ac fortunarum ſuarum ſummam [16] conſtituit, unde [rurſus [17]] non ſit diſceſſurus, ſi nihila vocet: unde cum profectus eſt, peregrinari videtur: quod [18] ſi rediit, peregrinari jam deſitit.

8. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. [19] ad Senatum.

SEnatores [20] in ſacratiſſima [21] urbe domicilium dignitatis habere videntur. Kalend. Mart. VALENTIN. A. & NEOTERIO CONSS. 390.

Mulieres ex perſona maritorum ſortiuntur dignitates, & forum. Bart.

9. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Martiano, Comiti Orientis [22].

MUlieres honore [23] maritorum erigimus, [& [24]] genere nobilitamus [25], & forum [26] ex eorum perſona [27] ſtatuimus. [Sin autem minoris ordinis virum poſtea ſortitæ fuerint: priore dignitate privatæ, poſterioris mariti ſequentur conditionem [28]:] & [29] domicilium [30] mutamus. Dat. 4. Kalend. Februar. CP. ARCADIO II. & RUFINO CONSS. 392.

TIT. XL.

DE MUNERIBUS [31] ET HONORIBUS NON CONTINUANDIS INTER PATREM ET FILIUM ET DE INTERVALLIS [32].

Continuatio honorum, & munerum impeditur in his, qui ſunt idem, vel quaſi: intervalla vero in his tantum quæ ſunt idem vere. Bart.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Septimio [33] Zenoni.

SIcut honores & munera cum pater, & filius [34] decuriones ſunt [35], in [36] eadem domo continuari non oportet: ita vacationum conceſſa tempora [37] non [38] aliis prodeſſe poſſunt, quam [his], qui ad eosdem [39], vel alios honores eademque, vel alia munera denuo vocantur. † Pro [40] infante vero filio quem decurionem eſſe voluiſti, quanquam fidem tuam in poſterum aditrinxeris, tamen onera ſuſtinere non cogeris: cum ad ea [tantum [41]] quæ mandari poſſunt, voluntatem dediſſe videaris.

2. Imp. GORDIANUS A. Cyrillo.

AB honoribus ad honores eosdem quinquennii [42] datur [43] vacatio, triennii vero, ad alios: Legatione [44] autem perfunctis [45] biennii [46] vacatio conceſſa eſt [47].

Frater propter fratrem non habet vacationem, ſed propter alios idoneos nondum gravatos recte excuſatur. Bart.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Critiæ [48].

INtervalla temporum, quæ in unius [49] perſona locum habent, fratribus (licet communia poſſideant bona) minime prodeſſe, frequenter conſtitutum eſt. Sane his miſſis [50], qui neccdum functi muneribus, ad hæc idonei conſtituti vocari debent, vos ſi ad obſequium civilium munerum repererit paruiſſe; ne interim [51] interpellemini; Præſes provinciæ providebit.

TIT. XLI.

DE MUNERIBUS [52] PATRIMONIORUM.

1. Imp. ANTONINUS A. filio [53].

CIvilia munera per [54] ordinem pro modo fortunarum ſuſtinenda ſunt.

2. Idem A. Materno.

MUnera quæ patrimoniis publicæ utilitatis gratia indicuntur; ab [55] omnibus ſubeunda [56] ſunt.

3. Imp. ALEXANDER A. Attilio.

QUi immunitatem munerum publicorum conſecuti ſunt, onera patrimoniorum ſuſtinere debent [57]; in quibus cauſis, & hoſpites [58] recipiendi ſunt.

Onus alimentandi equos decurionum, eſt patrimoniale. Bart.

4. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Neroni.

NOn videtur abhorrere [59] [a] ratione ſententia, [qua] Præſes provinciæ equos [60] curiales [61] alere, non perſonarum, ſed patrimonii eſſe decrevit: & tamen ſi iniqua [62] eſſet, omiſſo [63] a te appellationis auxilio neceſſario permanet.

Nihil eſt quod tribuat excuſationem a muneribus patrimoniorum. Bart.

5. Imppp. CARUS, CARINUS & NUMERIAN. AAA. Antepiſti.

NEque [64] tempore ætatis, neque numero liberorum a muneribus quæ patrimoniorum ſunt, excuſationem [65] quis habere poteſt.

Philoſophi non debent habere immunitatem a muneribus patrimonialibus. Bart.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA.

PRofeſſio [66] & [67] deſiderium tuum inter ſe diſcrepant: nam cum *philoſophum* [68] te eſſe proponas, vinceris avaritia [69] & rapacitate [70]: & onera quæ patrimonio tuo injunguntur, ſolus recuſare conaris: Quod fruſtra te facere, cæterorum exemplo poteris edoceri.

Minores non excuſantur a muneribus patrimonialibus. Bart.

7. Iidem AA. & CC. Longino.

ETiam *minores* [71] *ætate* patrimoniorum muneribus ſubjugari ſolent. Unde intelligis, te fruſtra plenam immunitatem deſiderare: cum munera quæ impenſas exigunt, fubire te neceſſe ſit.

8. Iidem AA. & CC. Longino.

NEc protoſtaſiæ [72] vel facerdotii [73] vel decaprotiæ [74] munera corporalia ſunt [75]: ſed tantum [76] patrimonii [77] eſſe non ambigitur.

9. Iidem AA. & CC.

PAtrimoniorum munera *mulieres* [78] etiam ſuſtinere debent.

1 O μὴ ἀρχαιογένης, id eſt, qui neque originalis eſt, nec incola, nec domicilium in aliquo loco habet, ſed domum, ſundumve tantum poſſidet, munera ſubire non cogitur. *Syn. C.* 4. *tit.* 2. *cap.* 4. 2 *l.* 17. §. *fola ratio. C.* §. *fola domus.* 13. *ff.* ideoque nec eius loci ulla habetur ratio in teſtamento, vide Cujac. 14. *obſervat. cap.* 12. Goth. Vide Teſſaur. *deciſ.* 129. Grivell. *deciſ. Duran.* 11. Cabedo *deciſ.* 91. Ant. 3 Al. *domum, vel poſſeſſiones:* & poſſeſ. *cauſa.* 4 Maximus. 5 Qui domicilium habet in uxoris patria, vel alia quadam civitate, cunctam incola ſuſtinere munera cogitur. *Syn. d. tit.* 24. 6 Marcello. 7 Cujacius emendat, *tantum originis ratione.* hoc autem dici: Niſi ſpecialiter privilegium civitati datum ſit, ut eb ſolum poſſeſſionis cuidam quis ejusdem civitatis muneribus obligetur, ut *l. libertus. §. ſola ratio. ff. ad munic.* originis autem, & domicilii cauſa muneribus publicis obligamur. *l.* 4. 3. Mod. 8 *l.* 7. *J. h. t.* 9 Municipes alii origine, alii voluntate. *l.* 22. §. 2. *ff. ad municip.* 10 Civem facit τὸ ἐκ πάππου ὄνομα, origo ex aliquo loco ducta, ut & manumiſſio ab aliquo fatis ex ea civitate oriundo: ſed & τὸ ἐπαναγράφεσθαι τοῖς πολίταις, adſcripſio in numerum civium: ut & adoptio in eadem civitate inſtituta. *Synopſ. Baſil.* 54. *tit.* 1. *c.* 6. adde *l.* 1. *ff. ad municip.* Goth. Declarationem hujus l. vide apud Johann. Zanger. *de Except. part.* 2. *c.* 1. *num.* 39. 42. Anf. 11 Adjectio. *l.* 6. *ff. de municip.* Poteſt ex hoc loco latis colligi, civirem a quoquo mutari poſſe. Tertull. 3. *adverſus Marcionem*, allectio nitionum a novitiimis diebus exorta eſt. 12 Id eſt. 13 Incola loci eſt, qui ibidem domicilium habet, non momentarium, ſed ubi larem & ſummam rerum & fortunarum ſuarum conſtituit: unde non fit diſceſſurus, niſi neceſſitate avocetur: unde ſi diſcedat, peregrinari incipit: quo ſi redit, peregrinari deſinit. adde *l.* 203. *ff. de verb. ſign.* Goth. Porro v. Fel. *ad c. Rodolph. n.* 13. & ſeq. x. de reſcr. Jaſ. *ad l. hujusmodi. §. legatum. n.* 14. *de leg.* 1. & *ad l.* 6. *n.* 3. *qui pro emptore. n.* 294. *de uſucap.* & Jacobum Menoch. *de arb. jud. lib.* 2. *cent.* 1. *cas.* 86. *n.* 20. Mod. 14 Al. *in eo loco.* Cujac. *emend.* & in eo demum loco. 15 Adde *l.* 27. §. 1. *ff. ad municip.* 16 Το ὑπάρχον. 17 Al. *deeſt.* 18 Al. *qui.* 19 Al. *Conſtantinus A.* 20 Pars *l.* 2. *ſupr. ubi ſenatores vel clariſſimi.* 21 Conſtantinopoli & Romæ. *l.* 22. §. *pen. ff. h. t. l.* 2. *ſupr. ubi ſenat.* 22 *Sic in C. Theod.* 2. 1. 7. *Extat eadem lex iterum l. ſib.* 12. *tit.* 1. *l.* 13. Cont. 23 Erro poſſunt & ibidem conveniri, *l.* 2. *ſupr. de appell. ſenat. vel alter. ut &* in originali patria, *l. fin. ff. de ſenat.* cum in ea etiam honores rei gerendi teneant, *l. ſtiti. §. ſenatores. & l. ſeq. ff. ad municip.* & in qua domicilium colloceverunt. *l.* 6. Mod. Uxor a marito mutuatur honorem, genus, forum, domicilium, *ut hic*, Novell. 105. *cap.* 2. & 22. *cap.* 36. 24 Al. *deeſt*, *ut in C. Theod.* 25 Nobilitatur a marito uxor. adde *l.* 12. *J. de dignit.* 26 *Iisdem forum, in C. Theod.* 27 Forum mariti uxor ſequitur. *l.* 5. §. *ff. de ritu nupt. l.* 1. §. 4. *ff. de lib. exhib. l. pen. ff. de jurisd. l. exigere dotes.* 65. *ff. de jud. l. cum in tab.* 6. *ſupr. de ſpoſ. ante nupt. l. cetera. num.* 4. *mulieri. l. ff. de aſſe & habitat.* Servium 3. *Aenead. ibi*, *Et patriæ Andromachen iterum ceſſiſſe marito.* adde Coltanem *cap.* 10. *num.* 47. 28 Iuclula deſunt in *C. Theod.* 29 Domicilium mortuo marito in domo mariti uxor retinet. 30 *Domicilia*, ſic in *C. Theod.* 31 Munus eſt officium privati hominis, cujus utilitas ad ſingulos, univerſoque elves redit. 32 Intervalla, vacationum tempora, ut ne quis continuare honores cogatur. *Alvinz. 18. ff. ad munic. l. honor.* 14. §. 4. *ff. de muneribus.* 33 Meminit hujus reſcripti Paul. *in l.* 21. §. 6. *ff. ad municip.* 34 De filiofamilias intelligo, alioqui enim in emancipato aliud dicendum videtur, *arg. l.* 3. *J. de filiiſam. & quem. ſ. l. ff. de excuſ. tut.* 35 *l.* 3. *J. de filiiſam. h. tit. tit.* 60. 36 *l.* 4. *ſtirpis. ff. ad municip.* 37 Hæc ſunt, quæ intervalla in rubrica dicuntur & in *l.* ſum ipſe. certi temporis vacationem habeo, filius meus non habet propter me: in his fallicet honoribus, qui ſumptu carent, vel in muneribus perſonalibus. *Mod.* 38 *l.* 3. *in pr. infr. h. t. l.* 6. *ff. de legationibus.* 39 Eos. 40 *d. l.* 21. §. *Imperat. C. D. ad municip.* 41 Al. *deeſt.* 42 Vide Dion. 53. Clic. Liv. 7. 10. Goth. Quæ hic præcribuntur intervalla, non honoribus tantum, verum etiam oneribus præcripta videri poſſunt. *l. navicularii. ff. de mun. & hon.* Mod. 43 Ἀπαγορεύσις. *Synopſ. Baſil.* 54. *tit.* 3. *cap.* 1. 44 Legationem. 45 Functis. 46 Legatione functis biennii vacatio datur. dixi ad *l.* 3. *J. de legationis. h. l. tit.* 61. 47 Vide apud Livium *lib.* 7. & 10. legem qua vetabat, ne quis eandem magiſtratum intra decem annos caperet: & Ciceronem de legibus. 48 Al. *Antcetis*, vel *Nicete.* 49 *l. ſupr. h. t. l.* 7. *ſupr. de decur.* 50 Vid. *l.* 3. *J. quemadm. civilia muner. h. t. tit.* 42. 51 Al. *ne iterum.* Goth. Eruditiſſimus Cujacius perſpicue legendum ait, *ne iterum interpellemini*: idque & libri veteres confirmant. & *l.* 42. §. *deadecue.* Itemque *l.* 3. *J. quemadm. civ. mun. inſtit.* Mod. 52 *Munus* eſt officium privati hominis, ex quo commodum ad ſingulos univerſoque cives, remque eorum imperio magiſtratus extraordinario pervenit. *Mod.* 53 Al. *Philimo al. Bito Syro.* 54 *l.* 6. ut ſuo quisque ordine munera ſuſtineat. *l. ſtinat h. decurius. ff. de leg. & per vices. l.* 3. §. *ult. ff. præſcr. ff. de muner. & hon.* nec tamen ultra modum facultatuu. *l. ult. infr. tit. prox.* Mod. 55 Ordine civilia munera ſuſtinentur, adde *l.* 7. *infr. de prox. ſacr. ſcrinior. l.* 12. *tit.* 19. *l. ult. ff. de mun.* 56 Patrimonialia onera ab omnibus ſubeunda. *l.* 2. *l.* 5. *C.* (10. *infr. h. t.* vide *l.* 2. *in fin. ff. de veteranis*: unde notant, Immunitate nuda alioui data, tutelam ſemper excipi. *l. pen.* §. 1. *ff. de vacat. muner.* aliui erit, ſi plenillimi immunitas data ſit. Plenillima enim immunitas omnium tributorum & omnis publici muneris remiſſio eſt, etiam tutelarum, ſed eorum tantum pupillorum, qui non ſunt Ilienſes. *l. non tantum.* 17. §. *Itemſimus. l. ff. de excuſ.* 56 Oberuda. 57 *l.* 2. *ſupr. h. t.* Goth. Immunitate enim legibus conceſſa corporalia munera remittuntur, non pecuniaria, ex quibus eſt metatum, ſive militis domum ſuſcipiendi munus. ſed neque corporalia omnia nam turele remittenda non conſentur. *l.* πανδέκτας. §. *a Julian. ff. de exc. tut.* quod eas neceſſe *exc. mun. l. in honoribus.* §. 1. *h. t.* Vide Briſſonium *feliciſ. antiq. lib.* 3. *cap.* 11. Mod. 58 Hoſpitis recipiendi onus patrimoniale. *l.* 3. §. 14. *D. de mun.* 59 Aberrare. 60 Equos curules alere ſui hippoſia munus eſt patrimonii, non perſonæ. 61 Legendum *curules*, qui *Circenſes.* 62 Vide *l.* 7. *ſupr. de appell.* 63 Commiſſo. 64 A patrimonialibus ætas non excuſat numeruvez liberorum. *l.* 2. §. 1. *ff. de vacat. & excuſ. muner. l.* 7. *infr. h. t.* Goth. Vide Ferdinandum Paes *in tract. de excuſ. parent. ab mun. liber.* Mod. 65 Al. *excuſationes.* 66 *l.* 1. §. *an & Philoſophi.* 4. *ff. de extraordin. cogn. & l.* 8. §. *Philoſophis. ff. de vacat. muner.* 67 A profeſſione ſua alienum quiddam poſtulare, & iniquum & incivile. 68 Philoſophum dedecet avaritia & rapacitas: ideoque a patrimonialibus non excuſatur. Philoſophia ideoque ejusve profeſſio non excuſat a patrimonialibus. *l. fi. infr. de profeſſoribus. h. lib. tit.* 52. *l.* 8. *Philoſophis. 4. ff. de vacat. & excuſ. l.* 6. §. 6. *& l.* 7. *ff. de excuſ. tutor.* 69 De avaritia & rapacitate, adde *l. ult. infr. de veteris numiſm. poteſtate. l. tit. tit.* 10. 70 *Avaritiæ cacitate, in quibusdam manuſcr.* 71 A patrimonialibus minor ætas non excuſat. *l.* 6. *ſupr. h. t.* 72 *Pyrrhus legit*, *protaſiæ*, verum protoſtaſia principaliterem ſignificet. vide *hic* Alciat. dixi ad *l.* 3. *infr. de filiiſamiliis. h. l. tit.* 60. 73 *Sacerdotiæ*, Hal. Sacerdotium hic munus eſt, quo qui funguntur, ludis in honorem Dei alicujus luſtituris præſunt cum ſumptu aliquo. Talis fuit Alytarchia, Aſiarchia, Syriarchia, Phœniarchia: de quibus dixi ad *l. in honoribus. 8. ff. de vacat. & excuſ. muner.* 74 Decaprotia, decem primatus, δεκαπρωτεῖα, decemprimi. 75 Corporalia munera perſonalia, quibus hic opponuntur patrimonii onera. 76 Al. *ſed tamen.* 77 Patrimonii onus eſt perſonalia. Sacerdotium decaprotia, *ut hic.* Imo mixtum ex perſonis & patrimonio. *l. ult.* §. 26. *ff. de muneris.* 78 Patrimonialia munera etiam mulieribus indicuntur. ſexus non excuſat a patrimonialibus. *l. an. in fin. ff. de muneribus*, & *qui ex loco. h. l. tit.* 62.

Superindictiones sunt munera patrimonialia. Bart.

10. Exemplum sacrarum literarum eorundem AA. & CC. ad Præsides provinciarum.

QUantum ad extraordinarias [1] indictiones pertinet, præsidibus significamus, ut omnes [2] possessores cæterosque sciant conveniri debere: quandoquidem ea patrimonii munera esse constet, quæ merito ab [3] omnibus agnosci debeant, quo facilius obsequiis publicis pareatur.

TIT. XLII.

QUEMADMODUM [4] CIVILIA [5] MUNERA INDICUNTUR.

Non debet quis eodem tempore habere plura officia. Bart.

1. Imppp. CARUS, CARINUS, & NUMERIANUS [6] AAA.

CUm te curatorem [7] ad cogendas angarias creatum appellationem interposuisse proponas: Præses provinciæ si alterius curiæ [8] te esse animadverterit, ad [9] alieni corporis munera vocari non finet: quia ejus patriæ [10] oneribus respondere debes, cui te attributum esse commemoras.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Dionysio.

MAjoribus [11] honoribus [12] functos, ad minores devocari non [13] oportere, rationis est [14].

3. Iidem AA. Eutychiano.

CUm [15] te omnibus muneribus functum esse adseveres, ad eadem munera, si aliorum civium copia est, qui obsequiis civilibus fungi possunt, Præses provinciæ devocari te non permittet.

4. Iidem AA. & CC. Regio.

ULtra [16] modum sumptuum te muneribus civilibus gravari levatis [17] aliis, Præses provinciæ non patietur: sed æqualitatem [18], tam juris quam censuræ memor circa ordinem [19] custodiet.

TIT. XLIII.

DE HIS, QUI SPONTE PUBLICA [20] MUNERA SUBEUNT.

1. Imp. ALEXANDER [21] A. Feliciano.

VEterani [22] qui cum possunt se tueri immunitate his concessa, decuriones se fieri in patria sua maluerunt, redire ad excusationem quam reliquerunt, non possunt: nisi certa lege, & pacto servandæ immunitatis, vel partem ejus honoris agnoverint.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Valerio.

QUi publici muneris vacationem habet, si [23] aliquem honorem excepto decurionatu sponte susceperit, ob id quod patriæ suæ utilitatibus cesserit, vel gloriæ cupiditate paulisper jus [24] publicum relaxaverit, competens privilegium non amittit.

3. Imp. LEO A. Pusæo [25] P. P.

QUi conditioni [26] non obnoxius curiali, quemlibet honorem, vel munus voluntate [27] propria in quacunque gesserit civitate, nullum præjudicium circa fortunam suam, statumque sustinet: sed tam ipse, quam liberi ejus, & qui ex his in posterum procreandi sunt, ab omni hujusmodi nexu cum suis facultatibus liberi alienique permaneant: ita tamen, ut si aliqua functio volentibus eis fuerit injuncta, ex qua necesse sit eos aliquid accipere, quod ex data sibi pecunia in reliquis apud eos manssse [28] constiterit: solventes, sine ulla molestia, vel conditionis suæ formidine difcedant. Si quis vero ex his omnia decurionum munera, vel functiones: vel honores nulla imminente necessitate, sed sua sponte peregerit: eum pro sua liberalitate patrem [29] civitatis, in qua voluntarius municeps apparebit, si hoc libuerit ei, fieri constituique hac lege decernimus. Dat. 5. Id. Novembr. CP. BASILISCO & ARMERICO CONSS. 465.

Liberi *ejus qui se sponte Curiæ obtulit, quandocunque geniti, Curiæ non obligantur. Secus si* Naturalis *Curiæ se offerat.*

4. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

EOs qui curiali fortuna liberi constituti, postea [30] se curiæ cujuscunque civitatis obtulerint, confidere volumus, quod posteritas eorum non solum jam procreata, sed [31] etiam post talem deditionem [32] procreanda, hujusmodi fortuna libera manebit: sive specialiter sub [33] hac lege curiæ se obtulerint, *ut ab eis descendentes tali fortuna liberi permaneant*: sive nullam hujusmodi fecerint mentionem: nullo audente dicere, quod nati vel concepti post talem deditionem paternam conditionem sequi debeant: hoc enim speciali beneficio alacriores omnes ad conferendam civitatibus hujusmodi oblationem constituere properavimus; ita tamen, ut nec occasione quartæ portionis bonorum hujusmodi decurionis [34] quicunque successores ejus aliquam inquietudinem patiantur: utpote libera ejus substantia omni curiali gravamine conservanda: & si quid [35] defunctus vel ex administratione curialium munerum, vel ex quarta portione ad eandem curiam semel vel sæpius devoluta, vel ex alia quacunque causa eidem curiæ debuisse probetur, hoc idem successores curialibus reddere minime dubitent [36]. † Illis scilicet quæ super [37] naturalibus filiis quos naturalis pater sub hac lege curiæ dedit vel postea dederit, ut legitimos tam ex testamento, quam ab intestato successores habeat, non solum veteribus legibus, sed etiam nostris sanctionibus disposita [38] sunt, præsenti lege excipiendis: ut non ipsi tantum filii naturales, sed etiam ex his procreandi mares paternam sequantur fortunam; vel maribus liberis [39] minime subsistentibus [40], quarta pars substantiæ mortui curiæ deputetur.

TIT. XLIV.

DE HIS, QUI A PRINCIPE VACATIONEM [41] ACCEPERUNT.

1. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P. P.

NUllus [42] vacationem temporalem [43] curialis accipiat: nisi id forte veris [44], ac probatis causis adnotatio [45] nostra concesserit. Datum Prid. Non. Jun. CP. THEODOS. & ABUNDANTIO CONSS.

TIT. XLV.

DE [46] VACATIONE PUBLICI MUNERIS.

Vacatio simpliciter concessa non porrigitur ad munera ordinaria. Bart.

1. Imp. GORDIANUS A. Januario.

MUneris publici vacationem [47] ea continere [48] quæ non lege [49], non Senatusconsulto, non constitutionibus Principum injunguntur, merito responsum est [50], ad quam formam juris pertinens [51], si cæperis ad munera extraordinaria [52] a Magistratibus devocari [53], appellatione interposita poteris apud [54] Præsidem juris rationibus protegi.

TIT. XLVI.

DE [55] DECRETIS DECURIONUM SUPER IMMUNITATE QUIBUSDAM CONCEDENDA.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Ursatio.

EXceptis [56], qui liberalium studiorum antistites [57] sunt, & qui medendi cura funguntur, decurionum decreto [58] immunitas nemini tribui potest.

2. Iidem AA. & CC. Cassio.

ORdinis ambitiosa [59] decreta sacris constitutionibus improbantur.

TIT. XLVII.

DE [60] EXCUSATIONIBUS MUNERUM.

De his, qui fuerunt Procuratores patrimonii Cæsaris.

1. Imppp. CARUS, CARINUS, & NUMERIANUS AAA. Demetrio [61].

ETiam hi, qui nostra *procurasse* [62] monstrantur, muneribus civilibus [63], quæ dignitati eorum congruunt [64], fungi debent [65].

De dignitatibus.

2. Pars actorum DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC.

INductis [66] Firmino, & Apollinario, & cæteris principalibus [67] Antiochensium adstantibus Sabinus dixit, * [68] *& cætera.* Diocletianus dixit:

1 Extraordinariæ indictiones sunt, quæ præter morem indicuntur ad tempus ex improviso. *Goth.* Veluti angariæ belli tempore, aut, equi, muli, veredi, his autem parere omnes debent: etiam ecclesiæ, *l. neminem. 8. de fact. eccl. & ecleti* municipes vel incolæ. *Cuiac. 6. patrimoniorum. D. de muner. & hon.* Mod. — Patrimonii muneribus continentur extraordinariæ indictiones. — 3 Patrimonii muneribus nemo excusatur. *l. 1. ff. de muneribi.* ne quidem Ecclesia. *l. neminem. 11. 3. de sacrof. Eccles.* — 3 Simulis est *tit. in C. Theod.* — 5 *Eclog. lib. 12. tit. 7.* — 6 Al. *Alexander A.* — 7 Curator ad cogendas angarias est, qui compellit, adigit & exhibet angarias. — 8 Al. *creatur, id est*, creationis, five nominationis; unde creator appellatur, qui ad munera nominat. — 9 Officium alieni corporis lustinere nemo cogitur. — 10 Patris. — 11 A majoribus ad minores vocari, rationis non est. Ideo vitio verfibus Dionysio tyranno Siciliæ, quod exul Corinthi fe ludimagistrum profiteretur, in tyro pueros docuerat. Justinus *lib. 21.* — 12 Al. *honoribus*, sed perperam, error inde natus, quod veteribus *honus* scriberetur, 2. *Gell.* quæ vox pro *honore* interdum adscribitur. — 13 Revocari, al. *evocari.* — 14 Cur ita? δοκεῖ γὰρ σοφίζεσθαι, videntur injuria adici. *Syn. Basil. 44. tit. 3. c. 3.* — 15 l. 42. 3. *de decurionibus*, l. 4. *instr. h. t.* l. 3. 8. 15. *ff. de honoribus & muneribus.* l. un. *instr. de petitoribus ad munera*, *h. lib. tit. 65.* l. 2. *in fin. supr. de apochis. & lib. tit. 22.* — 16 l. 3. 6. *prafect.* l. 1. 4. *in fin. D. de muneribus & honoribus.* — 17 Sublevatis, al. *elevatis.* — 18 Æquabilitatem. — 19 Id est, formam & disciplinam publicam.

20 Al. *deest.* — 21 Al. *Antonius.* — 22 Renunciat veterani privilegio, qui se decurionem creari patitur, non excepta immunitate sua. Ita non sola decurionatus susceptione veteranus amittit privilegium excusationis a muneribus personalibus: sed si suam excusationem, cum juvaretur, omisit: vide l. 5. *in fin. D. de jure immunitatis*, l. 2. l. ult. *D. de privil. veteran.* Renunciasse aliquo suo privilegio privilegiatus non præsumitur. Nemo enim præsumitur donare; est autem renunciatio donatio. vide Menochium 6. *Præsumpt.* 41. & 3. 45. *num.* 11. — 23 Qui decurionatum agnovit, immunitatem amittit l. 2. *in pr.* l. *pen.* & ult. *ff. de jur. immun.* Qui partem decurionatus, veluti honorem aliquem municipalem, non item l. 1. *hoc tit.* Jus publicum autem illud dicit, quo est concessa immunitas. *Mod.* — 24 Jus publicum intelligit, quo concessa immunitas est. — 25 Al. *Paco P. P.* Fuit hic Pusæus Præfectus Prætorio: qui etiam eo anno consulatum gessit cum Joanne, quo Anthemium Occidentis Imperatorem Leo fecit. — 26 Pars l. 1. 3. *de offerto comitis Orientis.* — 27 l. 4. *J. b. t.* — 28 Remansisse. — 29 Pater civitatis, quali pater patriæ, dicusior pecuniæ publicæ, operumque publicorum. Ædilium munus in sua civitate implens: cogens dominos, ædes collapsas reslituere. *Graci*: curans denique, ut munda sit civitas. Ulp. *in Demosthenem. v. tit. 3. de rationib. oper. publ.* Cuiac. *hic. Novell. 17. in fin. & 12. epilog.* 30. l. *unic. J. de folut. & liberat. debit.* l. 11. *tit.* 39. Goth. *l. 3. de rat. oper. publ. l. ult. 3. de inf. exp. d. ad curatores. ff. de damn. infect. & l. 1. 3. de fal. & lib.* Mod. — 30 Poft. *Goth.* Pater pastum liberis immunitatem reservare potest. vid. *l. meminimus. 6. final. 3. Quando & quibus quarta pars.* Anf. — 31 Curiæ qui se alioni obligat datve, liberos suos curiæ non obligat, etiam post eam sui deditionem vel obligationem natos. — 32 Conditionem. — 33 Pactum non valet, ut, qui ex me nascentur liberi, curiam meam sequantur. — 34 Decuriones. — 35 Si quidem. — 36 Debent. — 37 Curiæ offerre naturales liberos pater potest. — 38 Expolita. — 39 Rede Accurf. fuppleta, *vel feminis, curialibus nuptis.* — 40 Sultinentibus. — 41 *Sub.* numerum. — 42 C. 6. — 43 *Temporarium* in C. *Theod.* — 44 Puta ob morborum egeftatem. — 45 Quippe Præsidis adnotatio non fufficit. *l. 14. 3. de decurionib.* — 46 *D. lib. 50. tit. 5.* — 47 Vacatione. — 48 Contineri. — 49 *l. 6. l. 7. l. 8. 3. 7. D. de vacat. munerum.* — 50 Intelligit *l. un honorarius. 8. 3. qui muneris. 3. D. de vacat. mun.* — 51 Pertines. — 52 *l. 12. D. de muneribus.* — 53 *l. 1. D. de vacat. munerum.* — 54 *l. 2. 3. de decurionibus.* — 55 *Lib. 50. D. tit. 9.* — 56 *l. 2. 3. 2. D. h. t.* — 57 Antistites liberalium artium hic dicuntur, ut a Quintiliano Servius Sulpitius, juris antistes & a Plinio 7. *Plin.* 1. Plato Ephesiæ antistes, adde quæ scripsi ad *l. 1. D. de professoribus.* Hortor enim decretо. *l. 2. 3. de professoribus & medicis h. lib. tit.* 52. — 58 Probantur enim decreta, *l. 2. 3. de professoribus & medicis h. lib. tit.* 52. — 59 Id est, gratiosa, φιλοτιμίαν ὕφαρ *l. 4. D. h. t.* vide Cujac. *hic.* Goth. Adde *l. 1. ambitiosa. 3. de decurionib.* Anf.

60 *l. 50. D. h.* — 61 Huc refer Paponem 1. *Notar. 7. des lettres d'exemption.* 61 Al. Diocles. & Maximian. AA. & CC. — 62 Muneribus exprocuratores etiam Cæsaris non excusantur. — 63 Curialibus. — 64 Non congruit autem ut sint capturi vel pistores. *Graci in l. 9. 3. hoc tit.* — 65 Cur debent? finita administratione, finitur privilegium. *Cardegere. 6. 8. quæstion. 2. D. de jure patronat.* — 66 In consistorio. *Solenne die agentibus in consistorio.* Cujac. *hic.* — 67 Principales, primi curiæ, ut *Antiochensium adstantibus Sabinus dixit.* — 68 Græca quædam hic erant, quæ etsere ex libris manuscriptis *multis 3. diximus.*

CErtis dignitatibus data a nobis [1] indulgentia est munerum civilium, & personalium, id est, his qui aut ex *protectoribus* [2] sunt, aut ex præpositis [3]. Hi ergo ad munera personalia aut civilia non vocabuntur.

De tutelis.

3. Iidem AA. & CC. Martiano.

TUtelæ solicitudo a muneribus civilibus non excusat: utpote [cum [4]] nec tres [5] simul injunctæ diversarum [6] domuum, hujusmodi beneficium præstent.

De Hydraulis.

4. Iidem AA. & CC. Attalo.

HYdraulæ [7] munerum civilium immunitatem sibi jure concessam approbare [8] minime [9] possunt.

De Procuratoribus absentium reipublicæ causa [10].

5. Iidem AA. & CC. Marcellino.

PRocuratores *absentium reipublicæ causa*, munerum civilium vacationem non habent.

De venatoribus.

6. Iidem AA. & CC. Cajo.

VEnatoribus [11] immunitas ob hanc professionem solam nullo [12] jure concessa probari potest.

De negotiatoribus.

7. Imp. CONSTANT. A. ad Catullinum Vicarium.

NEgotiantes vestiarios, linteones [13], purpurarios, & particarios [14], qui devotioni nostræ deserviunt, vitum elt secundum veterem consuetudinem ab omni munere immunes esse.

Qui possint aliquid inferendum indicere, vel non.

8. Impp. CONSTANT. A. & JULIANUS C. ad Taurum P. P.

PLacet [15], nullum omnino judicem de cætero provincialibus inferendum aliquid indicere, ut ea tantum sedulo cunctorum studio penfitentur, quæ canonis instituti forma complectitur, vel nostra clementia decernit inferenda, vel delegatione solenniter sanciente, vel epistolis præcedentibus: sed si quid urgere forsitan cœperit, referri ad Celsitudinem tuam statuimus, & auctorem [16] te fieri, & eo persoluto referri ad scientiam nostram, ut nobis jubentibus roboretur. Si quis autem usurpatoria temeritate amplius aliquid fuerit conatus exigere, obnoxius quadruplo [17] repetitione teneatur: quæ severitas justionis ad ordinariorum judicum, officiorumque terrorem debebit excurrere [18], ut si eorum, vel gratiosa conniventia, vel ignobili dissimulatio. ne temeritas admiserit curialis, eos quoque damni simplicis [19] pœna cattiget. Dat. Kal. April. *Mediolani*, CONSTANTIO A. IX. & JULIANO C. II. CONSS. 357.

De muneribus personalibus.

9. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Claudium Proconsulem Africæ.

ILlud [20] convenit præcaveri, ne quis hanc, quæ personalis est functio, pretio [21] putet esse taxandam. Dat. Kal. Dec. *Treveris*, VALENTINIANO, & VALENTE AA. CONSS. 365.

De prædiis principis.

10. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. ad Hypatium P. P. [22].

PRivatæ rei [23] nostræ privilegiis permanentibus, nihil [24] extra ordinem prædia jure perpetuo consignata sustineant: neque adjectis [25] sarpitus, ac præter primum delegationis canonem postulatis affociantur impendiis: quandoquidem neque aurario [26] canoni sub privilegiis æstimato, aliquid ex ea jubentibus nobis præbitionum diversitate decutitur, & pari cum cæteris æstimari forte non convenit, quos præter annonarias functiones æstimatas [27] perpetua [28] penfitationum prærogativa nexuerunt. PP. *Carthagine*, Idib. April. post consulatum SYAGRII, & BUCHERII 383.

1 Hoc Honorius & Arcadius non admisit. *l. 153. C. Theod. de decurionibus.*

2 Vid. *l. tit. de defensor. & protectoris. l. 12. tit. 17.* — 3 Præpositos laborum videtur intelligere, qui erant ex protectoribus. *l. 1. C. Theod. de præpositis laborum.* Goth. In qua ita est: *Qui ex devotissimis domesticorum scholis præpositi laborum nostro judicio & stipendiorum sudoribus promoventur, Mod.* — 4 Al. *deest.* — 5 *l. 2. 8. 9. ff. de excusat. tutorum.* — 6 Domus diverse, diversa patrimonia. *Goth.* In Græca metaphrasi ὑποστάσεων. Mod. — 7 Al. *Hydraulæ*, sunt autem *Hydraulæ*, qui machinis & organis aquas deducunt. Vitruvius 10. Athenæus. Plinius, ne alioqui putes cum Accursio, *Hydraulam* esse, qui aquam in palatium principis deferat, cum cubiculat aquæductibus aulæ Imperatoriæ. De aqua & ejus usu vide Forcatulum *cap. 14. prima.* Sed quid? Cujacius in *l. 6. 8. 1. ff. de excusation. tutor.* ex lege quarta hujus tituli notans, Musicos immunitatem non habere, licet eorum ars ingenua sit & liberalis, quam liberum sere adolescentem aequum sit. vide 1. Quintil. 10. Videtur hic legisse *Musici.* Goth. Græci ita definiunt: Ὑδραύλας ἐστὶ οἱ αὐλοῦντες ἐν τοῖς ὀργάνοις τοῖς ἐκ ὕδατος, αὐλὸς ἐκεῖ ὕδατος κατὰ τὴν μηχανὴν τὸ πνεῦμα ὀχετεύοντες. Vide Cujac. hic & Forcat. *in pensi sarti cap. 14.* Mod. — 8 Probare immunitatem debet, qui eam sibi concessam asserit. *l. 3. ff. de probat.* — 9 *Subaud.* licet profiteri videantur artem liberalem. — 10 Abientes tamen de *stant. & l. 2. inf. de prasp. sacr. cub.* maxime cum eorum munerum promiscua conditio fit. Mod. — 11 *Venat. in Cod. Theod. & quæ sub.* — 12 Imo aliquo jure. *l. ult. circa fin. ff. de jure immunit.* Goth. Resp. eruditiff. Cujacius, cum legem pertinere ad milites, quia militiæ gravioribus muneribus excusantur. fumpta enim est ex lib. Militar. T. Arrunt. qui fuit præfectus prætorio sub Antoninis. Milites ergo senatores non sunt munisici: senatores cæteri, qui provincias a feris purgant, non ideo a civilibus muneribus excusantur. *Mod.* — 13 *Linteariis*, quod magis probat Cujacius. — 14 *Particiariis* legit Alciat. sed *particiarios* magis probat Cujac. qui pellium Particiarum negotium exercent. Pyrrius legit *pellipariis.* Caterum de pellibus Particis vid. *l. ult. 9. 7. ff. de publicanis.* nomina & conjuban illinc defumes. — 16 *Auctore*, in C. *Theod.* — 17 Imo duplo. *l. un. 3. de fugitivcal. lo. lib. tit.* 20. vide Nov. *Leonis* 61. — 18 *Excurere*, in C. *Theod.* — 19 *Similis*, in C. *Theod. & vet. quæst. hic*, quod rectius videtur. — 20 Pertinebat hæc lex ad pistorum functionem, ut constat ex *l. 12. C. Theod. de pistoribus. 21. l. 15. J. h. t.* Goth. Munus personale non licet adæquare. *l. æstimationem. ff. de munerib. & bon.* Mod. — 22 Ex *C. Theod. lib. 11. tit. 16. l. 13.* — 23 *l. 6. ff. de rer. mun.* — 24 Al. *nisi.* — 25 *Adjectis*, in C. *Theod.* forbidis: quod magis probat Cujac. *juxta l. pen. J. h. t.* Sic repeti in *codd. lib. manuscr.* — 26 Aurarius canon quid, dixi ad *Frontinianum Justiniani, cap. 18.* — 27 *Æstimatas*, in C. *Theod. & quibusd. lib.* — 28 *Perpetuo*, in C. *Theod. & quib. lib.* — 29 Ex C. *Theod. 11. 16. 14.* — 30 *l. 12. in prine. inf. h. t.* — 31 Memoriæ magistri, memoriæ. — 32 Magistri epistolarum, libellorum, responsorum. — 33 *Monstruositatis*, in C. *Theod.* — 34 *Adscripturi*, in *ad. lib. & C. Theod.* — 35 Hic quædam *l. C. Theod. lib. 11. tit. 16. l. 15.* — 36 *Adscripturi*, in *ad. lib. & C. Theod.* — 37 Al. *Accreverint.* — 38 C. 40 ξυγγενικῶν ἢ τῶν κοινῶν κονσεχουσίων adjicit autor Synopseos 54. *tit. 6. cap. 19.* senatores & comites consistorianos. — 41 *Ex cubiculariis*, in C. *Theod. & quibusd. lib.* Αποκοσμικείοις. *Synopsis.* — 42 *Contingat*, in *Cod. Theod.* — 43 Hoc est, si toti gradui, non singulis personis privilegium indultum fit. *Synopf. ibid.* — 44 *Exactionem*, in *Cod. Theod.* — 45 Al. *decuerit.* — 46 *Additur* in *Cod. Theod. ecclesias.* — 47 *Id est, Græca & Latina. Synopf. ibid.* — 48 *Exceptis hic*, C. *Theod.* — 49 Ὑφωνὶ quibus cura pollinis conficiendi incumbit, *Syn. ibid.* Apud Acacium legitur, *conficiendæ pollinæ.* — 50 *Mandatur*, in *Cod. Theod.* — 51 Ἀγοραστὰς, qui ipsis ecocchio injuncta. *Synopf. ibid.* — 52 *Nec*, in *Cod. Theod.* — 53 Quid *de filent. & l. 2. inf. de prasp. sacr. cub.* maxime cum eorum munerum promiscua conditio fit. Mod. — 54 *Vitis*, in *Cod. Theod. & quæ sub.* — 55 Augusti. *lib. 18. de civit. Dei*, c. 18. — 56 *Atque*, in *C. Theod. & quæ sub.* — 57 *Legumen*, in C. Th. & *quæ sub.* — 58 Carbo requiritur ad monetam & arma fabricanda. Veget. 4. *cap. 4.* — 59 Legendum *capitali*, ex *C. Theod.* quem vide & confer: ex eo enim multa hic sunt detracta. Capitulum Græci interpretantur κεφαλικὸς συντέλεσμος. — 60 Hæc dicit *de functis*, & *anus*, *de injuria*, & *cura*, & *obsequium*. *l. 2. 3. de priv. ser. qui in fisc. patrimoniis*, & *l. 1. 3. de prov. sac. scr. l. 1. J. de pub. sac. larg. l. 14. & l. 18. C. Theod. de excusationibus munerum*, & elt patrimoniale munus, ut apparet ex hac lege, quæ patrimonia functa tantum respicit. porro quod procedit *capitalium* Græci interpretantur κεφαλικὸς συντέλεσις. Mod. — 61 Legati, qui immittuntur ad principem. — 62 Adlecti οἱ ὑπὸ βικαρίων καλούμενοι. qui cum principe evocantur publici negotii causa. vide *l. unic. infr. de præpositis laborum. l. 12. tit. 18.* Goth. Seu legati qui mittuntur ad principem. Aliquin enim *adlecti* susceptorum genus elt. *l. 11. 12. 13. C. Theod. de suscept.* Mod. — 63 *Conferant*, in *quib. lib. al. conferantur*, *sed in C. Th. setat*, *ut in tit. Aured. & Dionys.* — 64 *Perfuncti*, in C. *Theod.* — 65 C. *Theod. lib. 11. tit. 16. l. 16.* — 66 *l. 1. 3. 1. ff. de rer. mun.* — 67 Al. *excusationes*, in C. *Theod.* — 68 Perpetuum privilegium, perpetuave excusatio est non potest; quæ non redimi, ita τὸ ἀτελὲς inteligi *l. 18. quod tit. C. Theod.* — 71 C. *Theod. hoc tit. l. 20.*